

unum in dentibus, alterum aquisitum in gingivis. Quæritur an illud in dentib<sup>9</sup> complanatum sit eius dictæ substantiæ, cū eo quod residet in gingivis? Videtur quod sic. Quoniam dentes, & gingivæ videntur augeri ab eo, quod transmittitur; sed forma extrinseca est diversa, solida enim in dentibus, fluidum verò in gingivis. Quare illud q<sup>d</sup> à vesica fellea transmittitur, heterogeneum esse, aliquo modo negari non potest, præcipuè cum aliam in dentibus formam & actum accipiat, Sed cum à vesicis & gingivis dentes foveantur, & eandem formam intrinsecam accipiāt, necesse est homogeneum esse. Patet igitur satis plenè, quod, & quale sit venenum quod in dentibus & gingivis consistit, & qua ratione possit differre.

PLENE COGNITO VENENI  
*loco, ejus quoq<sup>3</sup> natura quæri posset, cur in carne, & quomodo adsit virtus alexiteria ad expellendum unumquodq<sup>3</sup> venenum ab humano corpore.*

## CAP. VII.



SECUNDUM diversas Vipere partes, non secundum se totum venenum attrahere, ob similitudinem quam habent cum capite, & fel-